Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

maius est omnibus et nemo potest rapere de manu
patris mei. Ego et pater unum sumus. Sustulerunt
lapides iudei ut lapidarent eum. Respondit eis
ihesus. Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo
propter quod eorum opus me lapidatis? Responderunt ei iu
dei. De bono opere non lapidamus te. sed de blasphe
mia. quia tu homo cum sis. facis te ipsum deum. Respon
dit eis ihesus. Nonne scriptum est in lege vestra quia
ego dixi dii estis? Si illos dixit deos ad quos
sermo dei factus est et non potest solvi scriptura quem
pater sanctificavit et misit in mundum vos dicitis
quia blasphemas. quia dixi filius dei sum? Si non
facio opera patris mei nolite credere michi. Si autem
facio et si michi non vultis credere operibus credite.
ut cognoscatis et credatis quia in me est pater et ego in
patre. In diebus illis. Feria v. Daniel prophete
Oravit Daniel dominum dicens. Domine deus noster
ne despicias populum tuum neque auferas misericordiam
tuam a nobis propter abraham dilectum tuum, propter nomen tuum domine et ne dissipes testamentum tuum
et ysaac servum tuum. et israel sanctum tuum quibus
locutus es pollicens quod multiplicares semen
eorum sicut stellas celi et sicut harenam que est in lit
tore maris. Domine in minuti sumus plusquam, quia
omnes gentes. sumusque humiles in universa terra.